


∩. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi- rí- tu- i Sancto.



℞. Cedunt.

*Finita processione, duo Cantores cantant :*

∩. Ora pro nobis, beáte Antóni.

℞. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi.

*Et celebrans, ante infimum altaris gradum stans subjungit :*  
Orémus. Oratio

**S**UBVÉNIAT plebi tuæ, quæsumus, Dómine, præcláris Confessóris tui beáti Antónii devóta & jugis deprecátio : quæ in præsentí nos tua grátia dignos efficiat, & in futúro gáudia donet ætérna. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.



Venetiis MMXIII

Franciscus J. hunc libellum composuit

© Collegium Liturgicum Apparitionis Divi Marci Ev.

## BENEDICTIO LILIORUM IN FESTO S. ANTONII PATAVINI

1. *Ante vel, si opportunius videbitur, post Missam solemnem in festo S. Antonii fit solemnis benedictio & distributio liliorum, pro qua proper altare, in plano, ad cornu Epistolæ, super parva mensa ponuntur lilia benedicenda ea copia, quæ pro Religiosorum numero sufficiens videbitur; ibidem congruo in loco etiam Crux processionalis collocatur.*

2. *Celebrans igitur super amictum, albam & stolam pluvis albi coloris indutus, & sacri Ministri dalmatica & tunicella ejusdem coloris absque manipulis parati, more solito, cum Ministris inferioribus ad altare procedunt.*

3. *Facta ab omnibus altari debita reverentia, Celebrans cum sacris Ministris suppedaneum conscendit, & altare osculatus, ad cornu Epistolæ ubi Introitus Missæ legitur, se confert, & absolute in tono feriali incipit :*

∩. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum & terram.

∩. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

*Oratio*

**D**EUS, a quo omne bonum sumit inítium, & semper ad potióra progrédientes pécipit increméntum : concéde quæsumus, supplicántibus nobis, ut, quod ad laudem Nóminis tui inchoáre aggrédimur, ætérnæ tuæ sapiéntiæ múnere perducátur ad términum. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

4. *Tum Celebrans, eodem loco stans, imponit ac benedicit incensum, & dicto a Diacono in medio altaris Munda cor meum, ad illum conversus dat ei benedictionem, manum osculandam præbet, & Evangelium ut in Missa solemni cantandum auscultat.*

∩. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum

℞. Glória tibi, Dómine.

*Matth. 6, 24-33*

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo potest duóbus domini servíre : aut enim unum ódio habébit, & álterum

diliget : aut unum sustinēbit, & alterum contēmet. Non potēstis Deo servīre & mammōnæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducētis, neque cōrpori vestro, quid induāmini. Nonne anima plus est quam esca : & corpus plus quam vestimētum? Respīcite volatīlia cæli, quōniam non serunt, neque metunt, neque cōgregant in hōrrea : & Pater vester cælēstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cōgitans, potest adjicere ad statūrā suam cūbitum unum? Et de vestimēto quid solliciti estis? Considerāte līlia agri, quōmodo crescunt; non labōrant, neque nent. Dico autem vobis, quōniam nec Sālomon in omni glōria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hōdie est, & cras in clībanum mīttitur, Deus sic vestit : quanto magis vos mōdicæ fīdei ? Nolīte ergo solliciti esse dicentes : Quid manducābimus, aut quid bibēmus, aut quo operiēmur? Hæc enim ōmnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his ōmnibus indigētis. Quærite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc ōmnia ajiciētur vobis. *R.* Laus tibi Christe.

5. *Finito Evangelio, Celebrans osculatur librum & a Diacono incensatur : deinde vertit se ad altare, & in eodem cornu Epistolæ cantat in tono feriali :*

*V.* Justus germinābit sicut lilium.

*R.* Et florēbit in ætēnum ante Dōminum.

*V.* Dōmine, exāudi oratiōnem meam.

*R.* Et clamor meus ad te vēniat.

*V.* Dōminus vobīscum.

*R.* Et cum spīritu tuo.

Orémus.

*Oratio*

**D**EUS, Creātor & Conservātor gēneris humāni, sanctæ puritātis Amātor, dator grātiae spirituālis, & largitor ætēnæ salutis, benedictiōne tua sancta bene *✠* dic hæc līlia, quæ pro grātiis exsolvendis, in honōrem sancti Antōnii Confessōris tui, sūpplices hōdie tibi præsētāmus, & pētīmus benedīcti. Infūnde illis, salutāri signāculo sanctīssimæ *✠* Crucis, rorem cælēstem; tu benignīssime, qui ea ad odoris suavitātem depellendāsque infirmitātes, humano ūsui tribuisti, tali virtūte reple & confīrma, ut, quibuscūmq; morbis adhībita, seu in dōmibus locisque pōsita, vel cum devotiōne portāta fuerint, intercedēte eōdem fāmulo tuo Antōnio, fugent

dæmōnes, continēntiam salutārem indūcant, languōres avērtant, tibi que serviētib; pacem & grātiam salutārem indūcant, languōres avērtant, tibi que serviētib; pacem & grātiam concīliant. Per Christum Dōminum nostrum. *R.* Amen.

6. *Posito incenso in turibulo, Celebrans lilia aspergit dicens: Aspērges me, sine Psalmo & eadem terthurificat, nihil dicens; postea fit distributio lillorum & processio cum lillis similiter ac in festo Purificationis B. M. V. cum candelis. In hac processione cantatur Responsorium Si quæris miracula.*

Resp. I<sup>o</sup>

I quæ- ris mi-rá- cu-la : \* Mors, error,  
ca-lámi-tas, Dæmon, lepra fú-gi- unt,  
Ægri surgunt sa- ni.  
*R.* Cedunt ma-re víncu-la; Membra resque pērdi-tas Pe-  
tunt & accí-pi- unt Júve-nes & ca- ni.  
*V.* Pé-re-unt pe-rí-cu-la, Cessat & ne-céssi-tas : Narrent  
hi qui sénti- unt, Di-cant Padu- á- ni.  
*R.* Cedunt.